



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum blasphemia opponatur confessioni fidei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

tamen dictum est, q. pro sola apostasia poena haec incurritur, nec locus ab autoritate negatue ualens est. Quia uero Ecclesia in allegatis iuribus uoluit, quod excommunicat absolute, ac per hoc ex quacumque causa incurrant eandem poenam: deo ex parte sententiae Ecclesiae nihil est speciale in apostasia, quod non est in excommunicatione propter alia crimina.

¶ In eodem ar. circa illa uerba. Et ideo q. cito aliquis per sententiam denuntiat excommunicatus propter apostasiam a fide, ipso facto eius subditus sunt absoluti a dominio & iuramento &c. du bii duplex occurrit. Primum est, An exigat denuntiatio ad hoc, q. subditus absoluti sint a dominio & iuramento. Secundo, supposito q. sic, An exigatur denuntiatio talis poene, i. q. est priuatus dominio & iure fidelitatis: vel iusticiat denuntiatio censurae. i. quod est excommunicatus &c. Et est ratio dubii utriusq. ex litera, quia exprimitur denuntiatio, & hoc quod ad primum: & denuntiatio solius censurae, & hoc quod ad secundum.

¶ In oppositum autem est, quia ante ad obligationem poenarum a iure per latam sententiam diffiniturum exigitur declaratio, aut non. Si non exigitur, ergo non est expectanda denuntiatio. Sed quilibet, cui constat principem fecisse aliquid propter quod perseuerat in excommunicatione, est absolutus &c. Si uero exigitur, ergo non sufficit declaratio, q. est excommunicatus, sed exigitur declaratio, quod incurrit penas consequentes.

¶ Ad hoc dubium, quamuis Canonistarum sit, pro simplici tamen instructione, & ne exurgat scrupulus sollicitans, & uexans conscientias timoratas, dicitur, q. quia regulariter in poenis, quae non sunt ecclesiasticarum censurarum, requiritur declaratio iudicis ad executionem poenarum, ut in cap. Cum secundum de haereticis in 6. habetur, & sufficit, ut ibidem dicitur, sententia iudicis super crimine ad executionem: ideo indubie tenendum est, & quod exigitur declaratio, seu denuntiatio iudicis, & quod sufficit declaratio criminis, seu excommunicationis, cui coniuncta est a iure talis poena. Tunc enim in suo principali intelligitur declaratio accessorium. Dixi autem regulariter, quia Panormita. in cap. Cum non ab homine, extra de iudiciis, excipit casum, quando factum est notorium, ut nulla sit opus declaratione. Et a Felino in capit. Rhodolphus. de rescript. multa ad hoc firmandum afferuntur. Periculosa tamen uidetur

Hobarr. 19. q. 6. cap. Nos sanctorum.

In Deere. li. 5. ti. 7. c. 9.

q. 10. art. 10.

Art. preced.

H mihi huiusmodi exceptio: quia quando notoria a iudice, tolerandum quoque infirmatur poena, que ordo statuitur, ut priuati teneantur facere, prout met attendere. Quod ueniret, si princeps excommunicatus, Ecclesia tacens uellet subditos illi

¶ Præterea. Sicut per apostasiam a fide receditur a Deo, ita per quilibet peccatum. Si ergo propter apostasiam a fide perderentur principes ius imperandi subditis fidelibus, pari ratione propter peccata alia hoc amitterent: sed hoc patet esse falsum. non ergo propter apostasiam a fide est recedendum ab obedientia principum.

SED CONTRA est, qd. Gregorius 7. dicit. Nos sanctorum predecessorum statuta tenentes, eos, q. excommunicatis, fidelitate, aut iuramenti sacramento sunt confecti, apostolica auctoritate a sacramento absoluiimus: & ne sibi fidelitatem obseruent, omnibus modis prohibemus, quousque ad satisfactionem ueniant: sed apostasiam a fide sunt excommunicati, sicut & haeretici, ut dicitur Decretalis extra de haereticis, Ad abolendam ergo principibus apostatantibus a fide non est obediendum.

RESPOND. Dicendum, q. sicut supra dictum est, infidelitas secundum seipsum non repugnat dominio, eo q. dominium introductum est de iure gentium, qd. est ius humanum. Distinctio autem fidelium, & infidelium est secundum ius diuinum, per qd. non tollitur ius humanum: sed aliquis per infidelitatem peccans potest sententia ter ius dominii amittere sicut et quandoque propter alias culpas. Ad Ecclesiam autem non pertinet punire infidelitatem in illis, qui nunquam fidem susceperunt, secundum illud Apostoli ad Corinthios 5. Quid mihi de his, q. foris sunt iudicare. Sed infidelitatem illorum, qui fidem susceperunt, potest sententia ter punire, & conuenienter in hoc puniuntur, quod subditis fidelibus dominari non possint. Hoc enim uergeri posset in magnam fidei corruptionem: quia, ut dictum est, homo apostata prauo corde machinatur malum, & iurgia seminat, intendens homines separare a fide. Et ideo cito aliquis per sententiam denuntiatur excommunicatus propter apostasiam a fide, ipso facto eius subditus sunt absoluti a domino eius, & iure fidelitatis, quo est tenebantur.

AD PRIMUM dicendum, q. apostasia a fide totaliter separat hominem a Deo, ut dictum est, quod non contingit in quibuscunque aliis peccatis.

QVAESTIO XIII.

De peccato blasphemie in generali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de peccato blasphemie, quod opponit confessioni fidei. Et primo, de blasphemia in generali. Secundo, de blasphemia, quae dicitur peccatum in Spiritum sanctum.

CIRCA primum quatuor.

¶ Primo, Vtrum blasphemia opponatur confessioni fidei.

¶ Secundo, Vtrum blasphemia semper sit peccatum mortale.

¶ Tertio, Vtrum blasphemia sit maximum peccatum.

¶ Quarto, Vtrum blasphemia sit in damnatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum blasphemia opponatur confessioni fidei.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod blasphemia non opponatur confessioni fidei. Nam blasphemare est contumelia, uel aliquid conuictum inferre in iniuriam Creatoris: sed hoc magis pertinet ad maleuolentiam contra Deum,

currit circa distinctionem in littera factum de blasphemione tantum, uel etiam cum detractione affectus contra Deum. Et primo circa ipsam distinctionem, scilicet in affectu tantum, Nam contingit diuina nomina appellari tantum, scilicet in intellectu tantum, scilicet in affectu tantum. Nam contingit diuina nomina appellari tantum, scilicet in intellectu tantum, scilicet in affectu tantum. Nam contingit diuina nomina appellari tantum, scilicet in intellectu tantum, scilicet in affectu tantum. Nam contingit diuina nomina appellari tantum, scilicet in intellectu tantum, scilicet in affectu tantum.

hionem diuine potencie loquuntur oppositum eius, quod creditur. Quare ergo in litera non numerantur nisi duo prima. Secundum dubium est circa primum membrum, si in opinione intellectus tantum & dubitatur ex duplici capite. Primo, quia derogatio, que in sola opinione falsa de Deo, consistit, non est blasphemia, sed erroris, & ignorantie consecutio.

Blasphemiam enim in genere peccatorum mortaliu[m] fit, non inuenitur in solo actu intellectus, quoniam absque uoluntate nullum est peccatum in moralibus. Secundo derogatio, que consistit in falsa de Deo opinione intellectus tantum, si est uoluntaria, est peccatum in infidelitate: apert hoc aut blasphemiam est species infidelitatis, quoniam non consonat supra dictis, aut blasphemiam non consistit in sola opinione intellectus. Est & tertium dubium conueniens cum primo. Quomodo de ratione blasphemie sit falsitas, ut in litera infirmitate in corpore, & in responsione ad tertium. Et expressis in responsione ad primum dicitur, quod ille, qui contra Deum loquitur, consuetum intere intendens, derogat diuine bonitati, non solum secundum ueritatem intellectus, sed etiam secundum prauitatem uoluntatis. Et est ratio dubii, quia contingit blasphemiam in ignorantia, nominando pudenda membra Christi, que habet, & etiam ipsam altitudinem, & iustitiam, & potentiam Dei. Tunc enim nulla est falsitas. Ad eundem etiam horum, ex quibus pendet intellectus totius materie de blasphemiam, tria declaranda sunt. Primo in quo actu consistit blasphemiam. Secundo, quomodo in illo inuenitur semper falsitas. Tertio, autem se habet ad illum fides, & malignitas. Quod ad primum, sicut in fide inueniuntur duo, scilicet articulus fidei & dicere locutione exteriori, uel interiori ea, que sunt fidei, & primum pertinet ad ipsam fidem, secundum ad confessionem fidei iuxta illud, Creditur propter quod locutus sum ita in infidelitate inueniuntur duo, scilicet assensus ad ea que sunt fidei, & dicere intus, uel extra cotraria que sunt fidei. Et primum horum spectat ad infidelitatis uitium & illius species: secundum autem ad blasphemiam uerbum, ita quod blasphemiam consistit in dicere intus, uel extra contra Deum. Et quoniam semper in materia morali, cum de actibus est sermo, intelligitur de uoluntatis, ideo intelligas, quod blasphemiam con-

Asistit in dicere uoluntario contra Deum. Et quoniam dicere multipliciter contingit, si enuntiatu[m] imperatiu[m], & optatiu[m], quocumque modo dicat quis contra Deum, blasphemiam est.

Quo ad secundum, discurrendo per singula patet primo i blasphemiam enuntiatu[m] semper esse falsitatem in tribus modis in litera positus. In quarto autem (qui tamen non est alius a predictis, si cum aliquis ignorantiose nominando membra pudenda se su Christi, uel sanctorum, que in ueritate habent) falsitas inuenitur, quia cum non derogetur Deo ex hoc quod dicatur talia habere, sed ex eo quod ut uis peribilia dicuntur i actu exercitio, consequens est, ut falsum dicatur, quoniam nihil habent sancti uituperabile. Et licet blasphemiam huiusmodi non dicant in actu signato, sanctos habere aliquid uituperabile, satis tamen hoc dicunt in actu exercitio ex modo dicendi, ignominiose enuntiatu[m] do. Neq[ue] in solo uocabulo significatio enuntiatu[m], sed etiam nuntiu[m], & signis alius, in blasphemiam autem optatiu[m], imperatiu[m], & si qua est alia eiusmodi, falsitas non consistit in enuntiatione eius, quod est, uel non est, sed ut sit uel non sit, quod non potest, uel decet esse.

per locutionem, est oris blasphemiam. Et secundum hoc blasphemiam confessioni opponitur.

Ad primum ergo dicendum, quod ille qui contra Deum loquitur, consuetum inferre intendens, derogat diuine bonitati non solum secundum uanitatem intellectus, sed etiam in prauitate uoluntatis detestatis, & impeditis pro posse, diuinum honorem: quod est blasphemiam perfecta.

Ad secundum dicendum, quod sicut Deus in sanctis suis laudatur, in quantum laudantur opera, que Deus in sanctis efficit: ita & blasphemiam, que fit in sanctos ex consequenti in Deum redudat.

Ad tertium dicendum, quod secundum illa tria non possunt, proprie loquendo, distinguere diuersas species peccati blasphemie. Attribuerunt enim Deo, quod ei non conuenit, uel remouere ab eo, quod ei conuenit, non differunt nisi secundum affirmationem, & negationem: quod quidem diuersitas habitus speciei non distinguit, quia per eandem scientiam innotescit falsitas affirmationum, & negationum: & per eandem ignorantiam utroque modum erratur, cum negatio probetur per affirmationem, ut habetur in Postea.

Quod autem ea que sunt Dei propria, creaturis attribuatur, ad hoc pertinere uis, quod aliquid ei attribuat, quod ei non conueniat. Quicquid enim est Deo proprium, est ipse Deus. Attribuerunt autem id quod est Dei proprium, alicui creaturæ, est ipsum Dei dicere idem creaturæ.

ARTICVLVS II.

Utrum blasphemiam semper sit peccatum mortale.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod blasphemiam non semper sit peccatum mortale. Quia super illud ad Col. 3. Nunc autem deponite & uos &c. dicitur gl. Post maiora, prohibet minora: & tamen subdit de blasphemiam, ergo blasphemiam inter peccata minora computat, que sunt peccata uenialia.

Quo ad tertium, Blasphemiam posset esse cum fide, & sine fide. Contingit in utroque modo dicere, quod Deus non potest facere hoc, uel illud. Et hoc non solum uerbo exteriori, ut patet, sed etiam interiori. Potest enim quis credens Deum omnipotentem, uelle dicere secum, ut iniuriam Deo faciat, quod Deus non potest, & delectari in hoc mendacio, quia potest concipere oppositum eius, quod credit & scit, quamuis non possit tali opposito assentire. Et licet omnis blasphemiam, ut dictum est, quia est uoluntaria, sit a uoluntate mala, non tamen omnis est cum uoluntate affecta.

Secunda Secunda S. Thomæ. E 3 ad

Ad co 3. le. 2

Et gl. Amb. in istum locum. 10. 5.